



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XVI. Confirmatio Regis ad locum sanctum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

decernimus , quam perpetualiter mansuram esse iubemus , vt ipsam villam , memorata ecclesia illa , vel antedictus Pótifex , aut ille Abas , vt diximus in omni integritate cum terris , & cætera quæ superius sunt , ita ut eam & ipsi & successores sui habeant , teneant & possideant , vel quicquid exinde ad profectum Ecclesiæ illius aut basilicæ facere voluerint , ex permisso nostro in omnibus habeant potestatem ; Et vt hæc auctoritas firmior habeatur , vel per tempora conseruetur , manus nostræ subscriptionibus subtus eam decreuimus roborare .

## XVI. CONFIRMATIO.

**Q**uem diuina pietas sublimat ad Regnum , condecet facta conseruare parentū , præcipue quod pro compendiis Ecclesiarum , aut locis sanctorum , à regali clementia

44 MARCVLF MONACHI  
pro æterna retributione probatur  
esse indulatum, oportet conseruare  
cum. Igitur Apostolicus, vir pater in  
Christo noster, illius urbis Episco-  
pus, clementiæ Regni nostri detulit  
in notitia, quasi ille Rex per suam  
præceptionem, sua manu subscriptam, ad Ecclesiam illius, cui præf-  
fe dignoscitur, villam nuncupa-  
tam illam, sitam in pago illo, cum  
integritate sua, sub omni emunita-  
te, absque ullo introitu iudicum, de  
quibuslibet causis ad freda exigen-  
dum, propter nomen Domini con-  
cessisset: & ipsam præceptionem se  
præ manibus habere adfirmat, &  
memoratam villam ipse Pontifex,  
sub eodem modo ad partem Eccle-  
siæ possidere videatur, petit ad celsi-  
tudinem nostram, ut hoc circa eo-  
dem, vel memorata Ecclesia domni  
illius, per nostra deberemus confir-  
mare oracula. Quod nos propter

nomen Dei, & reuerétia ipsius sancti loci, vel merito præfati Pontificis, gratante animo præstitisse, & confirmasse cognoscite. Præcipientes enim, ut sicut constat præfatam villam, à iam dicto principe, memoratae Ecclesiæ illius, cum integritate, sub omni emunitate fuisse concessam, & eam ad præsens possidere videtur, inspecta ipsa cessione, per hoc præceptum plenius in Dei nomine confirmatam, sub eo ordine, & ipse, & successores eorū, vel memorata Ecclesia domini illius, illam teneant, & possideant, & eorum successoribus ad possidendum relinquant, vel quicquid exinde pro oportunitate ipsius sancti loci faciendum decreuerint, ex nostro permisu liberam habeant potestatem. Et ut hæc auctoritas, &c.